ad annos domini completos 1514. Idem deniq; liquebit ex veris locis Basiliſci ſeu cordis leonis atq; lancis meridionalis qui pro aeris Ptolemęi Alfonſi & annis domini 1514. cõpletis obſeruati fuerant, Libentius autem elegi ad inſpiciendũ conſiderandumue fixorum ſiderũ horũ vera in zodiaco loca, quoniam ipſa modicæ ſunt latitudinis atq; ſolis orbitæ proxima, necnõ magnitudine & lumine conſpicua, iccirco eadem ſidera nedũ mihi verumetiã priſcis illis eorũ inſpectoribus ad conſiderandum vera ipſorũ in zodiaco loca reliquis fixis ſideribus longe ampliorem certitudinẽ præbuerunt. Et quia in motu quem ab aera Ptolemęi, vſq; ad annos domini 1514. cõpletos perfeciſſe deprehenduntˉ, ad inuicem concordant. Ideo horũ ſiderũ obſeruationes certiorem mihi de ſe fidem reddiderũt. In hac tamen arbitror conſideratione baſiliſco atq; auſtrinæ lanci præferendam eſſe, atq; maiorem mereri fidem, ariſtæ conſiderationem, quoniam verus ariſtæ locus in zodiaco propior eſt autumnali æquinoctio iuxta quod zodiaci partes in ſuis ab æquatore declinationibus, maioribus adinuicem differentiis augentur, quã ſigniferi partes quæ ab æquinoctiorum punctis magis abcunt zodiaci namq; partes quanto æquinoctialibus punctis extiterint propinquiores, tanto maiores differentias ipſarũ ab ęquatore declinationes remotioribus obtinebunt partibus atq; paucioribus ſigniferi ſegmentis, maiores declinationũ periferias competere neceſſe eſt.

PROPOSITIO IIII.

Quibus temporibus Claudius Ptolemęus alexandrinus, atq; Alfonſus Caſtiliæ Hiſpaniarũq; rex vera fixorũ ſiderũ loca cõpararunt oſtendere. Idem Ptolemęus in libro octauo ſuæ aggregationis ſeu magnę conſtructionis, enarrãs, factã a ſe quandam conſiderationẽ regii ſideris quod baſiliſcus græce ſeu regulus latine diciˉ quod etiam apud neotericos aſtronomos cor leonis appellaˉ, ait qdˉ anno ſecundo Antonii menſe phormuthi qui apud Aegyptios octauus eſt, nono die eiuſdẽ menſis occidente ſole in Alexandria poſt meridiem horis v. & media ęqualibus, poſtrema parte geminorũ cœli medium occupante,